ſit etas i maſculo in.xx.⁊ i femi-
na i.xviij.ãnis quo ad aliq̃ pro
maiore habeat̃ vt notat̃ in tit.
C.ꝺ his q̇ veni.eta.l.ij.attñ ad
uerſus talẽ imperationẽ venie
etatis ſi ledãtur etiã reſtituunt̃
vt vult glo.fi.in.l.fi.eo.ti.⁊ facit
l.minor aũt magr̃atꝰ.§.j.⁊.ij.ff.
de minoribꝰ. Caueant ergo do

natarij cũ donatiões fiũt eis ꝑ
minores ꝙ vltra veniam etatis
ĩpetrata faciãt interponi decre
tum vt in.d.l.l.ij.⁊ etiã iurare fa-
ciãt de nõ reuocãdo. Nã de vi
ribꝰ iuramẽti poſtea dicemus
Itẽ põt cõpos mẽtis etiã ſenex.
dum tñ nõ ſit ꝓdigus vel furio
ſus.ff.eo.l.modeſtinꝰ.§.fi.et.ff.
de vˀb.obli.l.is cui bonis et de
cura.furio.iulianꝰ.⁊ i. l.ſenectꝰ
C.eo.ti.de dona. ¶Prohibent̃
donare reo criminis q̇bus alie
natio eſt iterdicta a iure vti he
reticus vel leſe maieſtatis reus
alijs aũt criminoſis ante ſniam
nõ eſt ꝓhibitũ donare.ff. eodẽ.
poſt cõtractũ.⁊.l.donatiões.§.
vlti.⁊ ꝺ hoc vide. gl.magi.q̃ eſt
fi.in.l.res vxo.C.de dona.inter
vi.⁊ vxo.que in oĩ ſpecie dona-
tionis diſtinguit. ¶Itẽ nec do
nat pater in filiũ nec vir in vxo
rem cõſtãte matrimonio primũ
ꝓbatur in.l.ſi donatione. C.de
colla.vbi glo.magna.ſm̃ vˀo ꝓ.
batur in.l.ſine res.ff.de do.iter
vi.⁊ vxo.In caſibꝰ tñ iſtis dona
tio cõfirmat̃ morte.vt notat̃ in
di.iuribꝰ ⁊.ff.de petitiõe heredi
tatis.l.iij.§.fi.qꝺ limita ſi fuerit
ꝑ virũ tradita poſſeſſio rei do-
nate gl.in.l.papinianꝰ.ff.de do
na.inter vi.⁊ vxo.facta vˀo a pa
tre in filiũ cõfirmat̃ morte etiam
hereditate non adita glo. in.l.
filie.C.fami.herci.Et coputan-
tur in legitima liberorũ q̇bꝰ fa-
cte ſunt gl.in.l.filiũ que. eo. tit.

An aũt mater donare ꝓhibetur
Dic ꝙ filio in ptãte patris cõ-
ſtituto nõ põt donare: qꝛ ſic ꝑ
indirectũ daret viro cui q̃rerẽ
per filiũ.l.iij.§.gñaliter.ff.ꝺ do
na.inter vi.ꝛ vxo. Sũt tñ aliqui
caſus in q̃b9 pr̃ dat filio: quos
notat glo.in.l.cũ opꝫ.§. nõ aũt
C.ꝺ bo.q̃ lib. In caſu vero quo
pater dat filio tanq̃ bñ merito
opꝫ ꝓbari merita ꝓceſſiſſe glo.
in.l.ſi donatio.C.de col. Itẽ nec
filiusfa.niſi habeat caſtrẽſe vel
quaſi peculiuꝫ vel niſi patre ei
cõſenſerit vel cõſenſiſſe videaẽ
rõne dignitatis puta ſenatorie
vl̃ ſi rõne iuſta donet aliter nõ.
Etiam ſi liberã habeat admini
ſtrationẽ peculij et cuiuſcunq̃
diſcretiõis ſit ipſe filius: vt hec
colligũtur in.l.filiusfa.ff.eo. Et
in.l.iuriſgẽtiũ.§.idẽ.ꝓbat al̃s
incipit ſi filius.ff.de pac. Itẽ is
q̃ eſt in ptãte alteri in eadẽ ptã
te exiſtẽti.l.ij.§.q̃ in eiuſdẽ.ff.de
dona.inter vi.ꝛ vxo. Itẽ mater
nõ põt donare filio ĩ patris po
teſtate exiſtẽti niſi eſſet per mo
duꝫ caſtrẽſis peculij vt in.d.§.
q̃ in eiuſdẽ. Itẽ viri eccleſiaſtici
bona eccl̃iaꝝ ſuaꝝ dare ꝓhibẽ
tur.c.j.ꝛ.ij.ꝛ.iij.eodẽ titu.ꝛ ĩ.c.
ſi q̃s de reb9 eccl̃ia.nõ alienan.
Et huius rõ eſt qꝛ ſunt magis
ꝓcuratores ſeu adminiſtrato-
res q̃ dñi: vt in dictis iuribus.
¶ Adminiſtratores aũt dona-
re pñt niſi q̃ten9 cõcernit furtũ
adminiſtratiõis.l.nõ oĩ ĩ fi.C.
de admini.tu.vide ĩ.c.apl̃ice: ꝛ
in.c.cetex de dona. Et donatio
nes q̃s faciũt viri eccleſiaſtici
ſuis parẽtib9 p̃ſumunẽ vitioſe
ꝑ lec.ꝛ no.ĩ.c.decẽter.lxxxj.diſt.
et ĩ.c.j.vt eccle.bñ ſine di. cõfe.
¶ Cui aũt donare poſſit: reſpõ
detur noto ꝛ ignoto.ff.eo.l.vlt.
pñti vel abſenti.l. nec ambigi.
opꝫ.C.eo. Dũ tñ paruũ cũ per
epl̃am fiat vel ſubſequatur rati
habitio donatarij et ita cõiter
intelligiẽ di.l.nec ambigi ꝓpter
contrariũ qꝺ fieri poſſet de.l.ſi
q̃s argẽtũ.§.ſin aũt minime fa-
cit.l.ſi aliq̃d.C.eo. ¶ Sunt tñ q̃
voluerũt tenere ꝙ abſenti ſine
nũcio vel epl̃a poſſit donari de
eq̃tate canonica ꝑ glo.in.c.con
ſtitut9 de ꝓcu.ꝛ ĩ.c.q̃q̃.de vſu
lib.vj.ſuꝑ v̾bo poſſit acq̃rere.
Itẽ dõari põt extraneo amico
vl̃ ĩimico donari ẽt põt doctori
vl̃ nõ doctori.ff.eo.l.affectiõis.
C.ꝺ do.ĩter vi.ꝛ vxo.l.iij.ꝛ ꝺ ad-
min.tu.l.cũ plures.§.cũ tutor.
Itẽ patrisfa. niſi dõator eẽt pr̃
donatarij qꝛ filio ĩ ptãte exiſten
ti donari nõ põt.l.ſine emanci-
patis.C.e. Sil̃r nec vir vxori do
nare põt.C.de do.ĩter vi.ꝛ vxo.
quaſi ꝑ totũ. Itẽ nõ valet dona
tio fctã p̃ſidi.l.plebiſcito.ff.de
offi.p̃ſi.niſi dicãẽ eſculẽta ꝛ po-
culẽta de q̃ dixi ĩ p̃cedẽti ꝑteti.
ꝺ.l.iul.repetũ. ¶ Qualiter aũt
deẽ rñdetur ſm̃ iura vetera per
ſtipulationẽ hodie aũt ꝑ ſtipu-
lationẽ vel ꝑ ſolũ pactũ vt vult



glo.ĩ.l.hacten9 ſuꝑ v̾bo teneẽ.
ff.de cõſti.pecu.ꝛ inſti.de do.in
p̃nci.ꝛ iõ fieri põt inter pñtes
vel abſentes ꝑ nunciuꝫ vel per
epl̃am ĩſcriptis vel ſine nec bre
uitas chartule nocet.ff.eo.l.ab
ſenti.ꝛ.C.eo.l.abſenti.ꝛ.l.ſi ali-
q̃d.ꝛ.l.donatio. Et ideo cõſen-
ſus requiriẽ qꝛ nuda rõ non fa
cit donationẽ.l.nuda rõ.ff.eo.
et de actiõibus ꝛ obli.l.obliga-
tionũ ſubſtãtia. ¶ Quod autẽ
dictũ eſt donationẽ fieri poſſe
ſine ſcriptura hoc eſt verũ niſi
fuerit pactũ ꝙ fieret ſcriptura
C.de fide inſtrumẽto.l.ꝯtract9
et de regu.iuris.l.cõtract9 li.vj.
Quia tũc q̃tũcũq̃ ſit modica
res q̃ donaẽ: requiriẽ ſcriptura
ex pacto requiriẽ etiã ſcriptura
ſi nõ fuerit actũ ĩter partes q̃ñ
donatio ſimplex excedit ſũmaꝫ
quingẽtorũ aureorũ.l.ſi q̃s ar-
gentũ cũ ſeq̃ẽ.C.eo.ꝛ dictũ eſt
ſimplex qꝛ donatio ob cãꝫ fctã
puta filio ꝓpẽ merita nõ eget
inſinuatione ꝑ.l.aq̃lius regul9
ff.de donatiõib9: vbi caſus ſim
plex v̾o inſinuaẽ. fallit rõne di-
gnitatis pietatis amicitie vel
charitatis in caſib9 de q̃bus in
l.penul.C.eo.ꝛ in aut.vt nõ fiãt
pignoratiões.§.ill̃ꝺ q̃ꝫ ꝛ de nõ
alienã.vel parũ.§.ſi min9 ꝛ. C.
de dona.ꝓpter nupti.aut.eo.ꝺ
curſu ꝛ.l.modeſtinus.ff.e.ꝛ.l.ſi
q̃s ꝓ redẽtione.C.e.ꝛ ibi bona
gl.ꝺ q̃ vide ĩ.l.ſãxim9.C.eo. Ceſ-
ſat etiã inſinuatio q̃ñ donatio
fit g̃ra remuneratiõis.ꝑ no.tẽ.
q̃ feu.da.ꝓ ĩ feuꝺ. Idẽ ſi fiat ob
cãm ꝑ gl.ĩ.l.aq̃li9.ff.de do.ꝛ ſic
pauce donatiões egẽt inſinua-
tiõe maxie qꝛ hodie cõis inole-
uit practica notarioꝝ q̃ ponũt
in donatiõib9 excedẽtib9 quin
gẽtos aureos clauſulã illã vim
inſinuatiõis habẽtẽ ꝛ etiã clau
ſulã renũciatiõis iuriũ de inſi-
nuatiõe fiẽda mẽtionẽ faciẽtiũ
cũ iuramẽti interpoſitiõe ꝑ q̃s
clauſulas vꝫ donatio ẽt ſine iſi
nuatiõe. Qꝛ legũ auſteritas pa
ctꝫ litigãtiũ mitigaẽ.C.de tẽ.ap
pel.le.vlti.ĩ fi.ff.ꝺ edil.edic.l.q̃-
riẽ.§.ſi vẽditor facere.C.ꝺ pac.
ſi q̃s.ĩ ꝯſcribẽdo.ꝛ.ff.ꝺ pac.l.pa
ciſci.ꝛ qꝺ nota.ff.ꝺ do.l.fideiuſ
ſor. Et ita ſuaẽ ĩ iudicijs maxie
q̃ñ iuramẽtũ ĩteruenit vt dictũ
eſt ꝛ ꝺ q̃ ſubdiceẽ. Et lꝫ antiq̃t9
oẽs donatiões ĩciperẽt a ꝓmiſ
ſione rõe ſtipulatiõis q̃ ꝺ ſe ſo-
nati futurũ.ff.de v̾b.ob.l.ſtipu
lationũ hodie tñ fieri p̃t ꝑ v̾ba
de pñti et ſic dando ꝑ verba de
pñti fiat traditio rei dõator nõ
obligaẽ ex illo ꝯtractu ꝑ caſũ q̃
reputaẽ ſingl̃aris ĩ.l.ariſt.ff.eo.
Sꝫ ſi donatio ꝑ v̾ba ꝺ pñti fiat
ꝛ nõ fiat traditio donator obli
gaẽ ad tradẽdũ q̃d agi vr̃ ĩter
ꝯtrahẽtes vt ad tradẽdũ dona
tor teneaẽ vigore pacti.ff.de pa
ctꝫ.l.tale pactũ.ꝛ.l.j.§.j.ꝛ.l.vbi
aũt nõ apparet in fi.ff.de verb.
ob.ꝛ aliena.iſti.de dona. Et ita
ſe habet cõis vſus. Et cõpelli-

tur donator ex ſtipulatu vel cō
ditione. ⁊ .l. ſi ꝗs argentū. §. pe-
nul. ad tradendū rē donatā vel
eſtimationē eius. In aliquibꝰ
tñ caſibꝰ traditio eſſe fingit̃ pu
ta cū quis dat aliquā ſummā ⁊
tradit inſtrumentū obligatio-
nis. C. de dona. l. j. vel qñ donat
bladum in horreis poſitū ⁊ tra
dit claues illorū horreorū. ff. de
cōtrah. empt. l. clauibꝰ. Vel qñ
retinet vſumfructū: vt. l. ꝗcūꝗs.
C. eo. alios tres caſus ponit gl.
ſup ṽbo animo. in. l. iij. ff. de ac.
poſ. Tēꝑamētū aūt adhibēdū
eſt in cōpulſione donatoꝝ. ſ. ne
cōueniat̃ niſi inquantū facere
pōt. ſ. deducto ne egeat. l. neſen
nius. ff. ꝺ re iud. qꝺ intellige vt
iacet in text. ꝙ delegatio fiat ꝑ
donatariū ꝯſentiēte donatore.
Et hoc probāt verba donatarij
⁊ creditoris ibi poſita. Nā ꝑui
legiū vt ꝯueniat̃ qꝺ dat̃ dona-
tori contra donatariū eſt ex eo
ꝙ donatariꝰ hꝫ titulū lucrati-
uū: ex mera liberalitate donan
tis. Et iō nō ē rōnabile ꝙ libe-
ralitate ſua iops fiat: ſꝫ qñ res
donata delegat̃ creditori dona
tarij: tūc res donata ꝑuenit ad
creditorē donatarij ex cā one-
roſa: qꝛ ꝓ ſolutiōe debiti. ⁊ ideo
nimirū ſi ius donatori nō reſer
nauit priuilegiū ꝯ creditorē do
natarij cui facta eſt ꝺlegatio: ſꝫ
ſibi iputet donator ꝙ in tali ne-
ceſſitate ſe ꝯſtituit. Hic ſequit̃
ꝙ ſi donatariꝰ ꝺ re donata aliā
donationē faceret nōdū ſecuta
traditiōe: ⁊ ſic de actiōe ceſſio-
nē faceret ꝙ ꝯpeteret: ꝑuilegiū
donatori: etiā cōtra illū cui do-
natariꝰ aliā donationē feciſſet
ex mēte dictaꝝ legū ⁊ ꝑ rationē
earū cōuenit̃ etiā donator ⁊ ex-
cutit̃ tota ſubſtantia ſua qñ eſt
bonꝰ artifex ꝙ pōt ex officio ſuo
viuere. ꝑ glo. approbatā. l. ſi ꝗs
argentū. C. de dona. Notandū
eſt ꝙ clauſula in donationibꝰ
appoſita ⁊ ꝙ refert̃ ad multa ſꝑ
interpretat̃ i fauorē donatarij.
ꝑ. c. cū. §. dilectis. ꝺ do. ¶ Poſt
hec querit̃ de aliquibꝰ ꝗſtioni-
bus. ⁊ primo querit̃ an in ꝑmiſ
ſis caſibꝰ in quibꝰ donatio de
iure nō tenet iuramēto firmet̃.
⁊ qꝛ hec. q. adaptari poterat ad
oēs pene ꝯtractus aliquātulū
calamū laxabo. Cū querit̃ ergo
an donatio inualida ꝑ iuramē
tū firmet̃: ſciēdū eſt ꝙ donatio-
nes ſunt multiplices: de quibꝰ
prediximus. quedā eñ ex eo ap
pellant̃ ſimplices ꝙ ex mera do
nātꝭ ꝓcedūt liberalitate. Et iō
donari vr̃ qꝺ nullo cogēte ipe-
rio cōcedit̃. l. dona. ff. de reg. iu.
Alia eſt donatio ob cāꝫ de qua
in ſeq. ti. dicet̃. Sūt pariter alie
donationes inter virū ⁊ vxorē.
Et alia etiā ꝙ ꝺr cauſa mortis.
de quibꝰ ſuis ordinibus. ꝉ. dice
tur ꝙ multis caſibꝰ retractātur
nec iuramento firmant̃ vti do-
natio oīm bonoꝝ ꝑſentiū ⁊ fu-
turoꝝ ex eo ꝙ teſtādi facultatē
tollit. ⁊ rō adduci pōt: qꝛ ꝯ bo-
nos mores talis donatio fit te-
ſtamēti factionē liberā amouē
do ſm cōem ſnīam in locis ⁊ iu
ribꝰ palle. ꝑ. c. nō eſt obligatoꝝ
de reg. iur. li. vj. ad inſtar pacti.
de ſuccedēdo ſeu de futura ſuc-
ceſſiōe qꝺ propter votū captā-
de mortis noſcit̃ iprobatū: vt
ple. in. ꝺ. l. fi. C. de pac. ⁊ in. c. ij. ꝺ
cōceſ. preb. c. deteſtāda. c. ne. ca
ptāꝺ. e. tit. li. vj. Et idē i pacto ꝑ
qꝺ aufert̃ libertas matrimonij
vt in ꝯhendo vel in diſſoluēdo
c. gēma. extra. de ſpō. c. tua nos.
de iureiur. et. l. titia in ꝑn. ff. de
verb. oblig. Et idē in quacunꝙ
ꝓmiſſiōe turpi: ꝙ nō firmat̃ iu-
ramēto: qꝛ iuramēta cōtinētia
in ſe vitiū nō ſunt ſeruāda. c. ſi
publicis. c. eſt ēt. c. qñ dauid. c.
in malis. c. ſꝫ aliꝗd. ⁊ quaſi ꝑ to
tā. q. xxij. q. iiij. tolerabilius eñ
eſt iuramēta nō implere: ꝗꝫ qꝺ
turpe eſt facere. c. vnuſꝗſꝙ. ca.
incōmutabilis. c. magne ſapiē-
tie. j. c. qui ſacro. c. nō oia. c. nō
eſt obſeruādū. e. q. ⁊ cā ꝓ ꝑmiſ-
ſis ⁊ falſitatis: qꝛ legi ꝓhibiti-
ue renūciari nō pt̄: vt vult gl. i
l. j. C. ne fideiuſ. do. def. Attñ qꝛ
magne ſunt vires iuramēti tā
de iure diuino ꝗꝫ etiā de ciuili ⁊
canonico: maxime qñ preſtat̃ li
cite in cōtractibꝰ de quibꝰ nūc
agit̃. ſ. ne inde ꝑ cauillationes
cōtrahentiū defraudētur lites
vt oriant̃. Et ꝙ rigoribꝰ ciuilibꝰ
obligati ꝯtrauenire ꝯtctibꝰ ſuis
nō dubitāt formidine ſaltē ꝑiu
rij qꝺ temere ꝯueniēdo promiſ
ſis incurrūt paueāt ⁊ refrenen
tur: ⁊ iſta eſt vna virtꝰ iuramē-
ti. ſ. iponere finē cōtrouerſijs:
vt inꝗt apl's ad Heb. vj. c. In-
quiēs hoies per maiorē ſuū iu-
rāt: ⁊ oīs cōtrouerſie coꝝ finis
ad ꝯfirmationē eſt iuramentū
pro quo faciūt ꝙ legūtur in ca-
nonica Ja. c. vl. Hiere. iiij. Iure
aūt cañ. probat̃ in. c. ⁊ ſi xp̄s. de
iureiu. ¶ De iure aūt ciuili ha
betur. ff. de iureiu. l. ꝙ ꝑ ſalutē. ⁊
aut̃. ſacramēta puberꝝ. C. ſi ad-
uer. vēdi. ⁊ in corpore vñ ſumit̃
et vtinā ad vnguē. hodie licita
ſeruarent̃ iuramēta. ¶ Ad hoc
aūt ꝙ iuramentū poſſit vere di
ci licitū requirunt̃ ſequentia. ſ.
ꝙ iuret̃ in veritate cōſciētie in
iudicio diſcreto et deliberato.
Et tertio in iuſtitia: vt. ſ. qꝺ iu-
rat̃ ſit licitū: et iſti ſunt tres co-
mites reꝗſiti in oīni iuramēto:
ſcꝫ veritas iudiciū ⁊ iuſticia. de
quibꝰ Hier. iiij. c. precalle. ⁊. xxij.
q. ij. c. animaduertēdū. ⁊ ea. cā
q. iiij. c. innocēs. gloſ. in aut. qꝺ
eis. C. de nupt. ⁊ in. ꝺ. c. ⁊ ſi xp̄s.
¶ Cū ergo querit̃ an donatio
ſimplex ꝙ propter aliꝗs iuriū ri
gores poſſet inualidari firmet̃
iuramēto: vr̃ ꝙ nō: qꝛ donatio
ſimplex fit ſine cā. ꝑ. ꝺ. l. donari.
⁊ donatio ſine cā non vꝫ. l. hoc
iure. in ꝑn. ff. de dona. Sꝫ dic ꝙ
illa. l. ꝓcedit i donatiōe ꝙ fit rei
pub. ꝙ ꝑ. ꝺ. l. prohibet̃ fieri ſine

cauſa. Et iõ ſi iuramētū aduer
ſus diſpēſationē. d.l.preſtaret/
nõ teneret: qr rõ ꝓhibitiõis. d.
l. eſt cã euitãde turpitudinis et
mali finis: q̄ p iuramētum non
poſſet derogari: ſed poti⁹ adiu
nari deberet ꝓpter tertiū comi
tē iuramēti. ſ. iuſticiã. Priuate
aūt pſone ēt ſine cã fieri pt do-
natio: qr lz nõ exprimaᷤ cã expſ
ſa: loco tñ cãe hr̄ donãtis libe-
ralitas: vt vult gl. in. d. l. hoc iu
re. pro qua facit. l. cãpanus. ff. d
oper. liberto. Et iõ cū tales do-
nationes ſimplices ſciētes ꝛ cõ
ſulte fiãt p dãtes in veritate iu
dicio ꝛ iuſticia: merito taliū do
nationes ēt ſi eſſent aliq̄ aliȷ̃ iu
ris rigores firmanᷤ iuramēto:
qr iuramētū hz vim clauſule cõ
firmãtis ꝛ habitãtis. ſ. ſi nõ va-
let qđ ago vt ago/valeat vt va-
lere põt. l. cū pr. §. fili⁹ matrē. ff.
de lega. iȷ. ſup quo oēs cõiter ſe
fundãt doct. ¶ Qđ aūt dixi ri-
gori iuriū derogari poſſe p iu-
ramentū mitigãdū eſt. Nã qñ
talis rigor annullãs cõtractū:
ſiue donatiõis ſiue alteri⁹ de-
ſcendit ex defectu cãe formalis
tūc nõ firmaᷤ iuramēto ſm cõ
munē opi. legiſtax l. d. aut. ſcr̄a
puberū. quã ſequunᷤ aliq̄ cano
niſte. ¶ Cõis tñ opi. canoniſta
rū in. c. cū cõtingat. ꝛ. c. debito-
res. de iureiu. eſt in oppoſitū et
mouētur hac rõne: qr ꝛ ſi defe-
ctus fuerit ĩ forma: remanet tñ
pactū nudū qđ d iure canoni-
co obligat. p. c. j. de pac. maxiē
qñ eſt veſtitū coherētia iuramē
ti. Et iõ ſi donatio nõ fuerit in-
ſinuata: q̄ inſinuatio requiriᷤ
ſm aliquos p modū forme te-
nēt doc. q͛ iuramentū validet.
In hoc tñ articulo legiſte ꝛ ca-
noniſte fuerūt varij ꝓpter mul
ta q̄ ſubaudiunᷤ in iuramento
p̄ſtito ad validitatē cõtractus.
Nã primo ſubaudiᷤ cõditio ſi
pacta ſeruenᷤ. C. de nõ nu. pec.
l. fi. Scđo ſi ꝯtrariū nõ p̄cipiaᷤ.
l. mulieres. ff. de lege commiſſo.
Tertio niſi diſpēſatio obtineaᷤ
c. j. de iureiur. Quarto ſi q̄litas
cõtrahētiū nõ varieᷤ. ff. de ſolu.
l. qđ ſi forte. Quinto ſi ſtat⁹ rei
ꝯcte nõ muteᷤ. l. qđ ſi ſeruis. ff.
de cõdi. ob cãm. Qr tñ maxima
eſt vis iuramēti non audere di
cere licere tali iuramēto cõtra-
uenire maxie propria autorita
te: ſed obtineri poterit diſpēſa-
tio. Qñ aūt q̄liter ꝛ a quo peti-
poſſit diſpēſatio iuramēti. Dic
breuiter ad p̄mū q̄ſitū q͛ diſpē-
ſatio iuramēti peti põt in ꝯtra-
ctib⁹ in quib⁹ q̇s iurauit nõ cõ
trauenire cõtractui ad quē in-
hiãdum interuenit ex pte reci-
pientis turpitudo deceptio vel
enormis leſio. Et ex pte p̄ſtãtis
incapacitas minoritas vel ſex⁹
fragilitas ſm coēm ſcholã doc.
in. c. cū cõtingat. de iureiu. ꝛ in
c. q̄uis. de pact. li. vj. Et in aut.
ſcr̄a puberū. preallег. Ubi aūt
hec nõ interuenirēt lz iuramen



tū eſſet preſtitū ꝯtra legē p hoc
nõ diſpenſareᷤ ſm reſolutionē
doct. in dictis. c. ꝛ. d. aut. ſcr̄a. pe
tiᷤ. ū. diſpenſatio iuramēti pte
vocata: maxime qñ cõtractus
validaᷤ iuramēto. Et rõ eſt: qr
agiᷤ de pleno p̄iudicio: quo ca-
ſu vocãdi ſunt oēs quox inter-
eſt p ea q̄ not. in dictis iuri. ꝛ in
c. debitores. de iureiu. et. xxiȷ. q.
iiȷ. c. fi. ꝛ in. c. albericus. de teſti-
bus: vt in aut. ſi q̇s ĩ aliquo do-
cumēto. C. e. Et tertio peti põt
corã epõ p gl. ĩ. c. florētiū. lxxv.
di. ꝛ ea q̄ leg. ꝛ not. in. c. veniēs.
ni gl. fi. de iureiu. Sz queriᷤ an
qñ cõtract⁹ poſſet ꝯualidari ſi
nõ obſtaret iuramētū mortuo
principali iurãte. An heredes
ad quos trãſit ſucceſſio poſſēt
ſine diſpēſatione inualidare. et
lz hīcinde argui poſſet veritas
tñ eſt q͛ lz iuramētū nõ traſeat
ad heredes: obligatio tñ q̄ ex iu
ramēto deſcēdit trãſit ad eos p
doctrinã doc. in. c. fi. de ſepul. et
in. c. cū ſit gñale. de for. cõpe. ꝛ ĩ
d. aut. ſacr̄a pub. An aūt diſpē-
ſatio iſti⁹ iuramēti peti poſſit p
ꝓcuratorē generalē abſq͛ ſpe-
ciali mãdato: vr̄ q͛ ita cū tantū
operetur gñale quo ad ſuas ge
neralitates quantū ſpecificata
numeratio ſpecierū quo ad ſpe
cies. p ea q̄ notã. in. l. ſed ꝛ ſi. §.
queſitū. ff. ſi q̇s cautio. Sz illa
regula multas patiᷤ fallacias:
iter quas enumeraᷤ illa qñ ali-
quid mãdaᷤ procuratori qđ eſt
cõtra rigorē iuris cõis. Nã tūc
dz interuenire mãdatū ſpecia-
le. p. l. illud. §. ſi talis. ff. d mino
ribus. ad idē facit. l. diu⁹. §. nec
gñale. ff. de falſis. eſt ꝛ alia falla
cia ad dictã regulã: ſcz qñ reſul
tat cõtraria equitas: vt in. d. §.
queſitū. Et cū iuramētū nõ dz
eſſe iniq̇tatis vinculū: vt in ca.
quãto. de iuretur. merito dici
poſſet q͛ ibi diſpēſatio petiᷤ ex
capite iniq̇tatis ꝛ nõ ad diſpe-
ſandū ſuper rigore iuris poſſet
procurator gñalis hoc caſu di-
ſpēſationē petere ¶ Queri poſ
ſet etiã an neceſſaria ſit diſpen
ſatio iuramēti appoſiti ad con
firmationē ꝯtract⁹ in quo ſunt
dūtaxat gñales renūciationes
et dicendū eſt q͛ ille q̇ gñaliter
renūciat oĩ iuris bñficio nõ in-
telligiᷤ renūciare ſingulari. ar.
§. q̄ſitū. preallег. ¶ Reſtat alia
magis vtilis queſtio: vcz an iu
ramentū firmet cõtractū factū
cõtra prohibitionem legis. In
qua. q. doct. ſunt varij in predi-
ctis iuribus. Cõcluſio tñ inter
eos cõis eſſe vr̄: q͛ aut lex ꝓhi-
bet aliquē cõtractū fieri tanq͛
inductiuū peccati mortalis: et
tūc ſuperueniēs iuramentū nõ
ratificat: qr deficerent comites
iuramēti: de quib⁹ ſupra dictū
eſt. Si vero cõtract⁹ talis pro-
hibeatur: nõ qr ſit inductiuus
peccati: ſed qr principi placuit
ita prouidere. ꝛ tunc tale iura-
mētum ſeruandū eſt: qr lz com-

trauenīēdo mādato ꝑncipis
tp̄alis peccet:plus tn̄ peccaret
cōtrauenīēdo mādato dei quo
p̄cipif ſeruari iuramētū ſi ſer
uari pōt ſine detrimēto ſalutis
per dicta iura. ¶ Queritur an
donator teneaf de euictiōe do-
natorio ex natura cōtractus ſi
nō cōuenit q̄ſtio eſt ꝓblentica
Concluſio tn̄ eſt docto.in.l.ad
res donatas.ff.de aditi.le.et in.l.
ariſto.§.fi.ff.ď dona.⁊ in.l.ij.C.
de euictionibus ꝙ qn̄ donatio
incipit a traditione puta qr ſi-
mul datur ⁊ tradif ⁊ tunc nō te
netur de euictiōe:qr donator fe
cit q̄cq̄d i ſe eſt ⁊ ſic nō tenetur
regulariter ꝑ dictā.l.ad res do
natas ⁊ notata i.d.l.ij. Sed qn̄
incipit ꝓmiſſione ſeu a ſtipula
tione qr obligatio querif dona
tario in vim ſtipulatiōis opor-
tet ꝙ donator efficaciter ſe libe
beret ſcʒ dādo ⁊ habere facien-
do. di.l.ſi q̄s argētū.C.de dōa.
et ita cōcordāf gloſe q̄ ſunt i di
ctis iuribus quaſi contrarie.

¶ Sequitur rubrica de dona-
tionibus que ſub modo condi
tione vel cauſa fiunt.

HEc rubrica tria
habet mēbra.de duo
bus primis habetur.
C.ď his que ſub vno
modo vel cōditione.⁊ de tertio
ff.⁊.C.de cōdi.ob cām da.⁊ pro
intellectu p̄mittenda eſt dr̄ia
inter modū cōditionē ⁊ cām de

qua ꝑ glo.ſuꝑ rubrica.C.de fal
ſa cā adiecta.l.⁊.ff.de cōdi.⁊ de-
mon.quātū aūt ad ꝓpoſitū at-
tinet vidēdū eſt de donatione
ob cām facta qua diſcuſſa reſul
tabit deciſio factarū ſub modo
et cōditione. ¶ Pro quo p̄ſup-
ponendū ꝙ nos hic loquimur
de donatiōe facta de aliqua re
ob cām ⁊ nō de donatiōe facti
vel operis qr opus vel factū ir-
repetibile eſt.Sed agif ad eſti-
mationē opis.l.pſr.ff.de p̄ſcri-
ptis v̄bis.⁊.l.ſi nō fortē.§.liber
tus circa mediū.ff.de cōditiōe
indebiti.Donatio v̄o facta de
re.ob.cām perficif irretractabi
liter ꝑ euētū ⁊ cōplementū cau
ſe vt in ti.ff.⁊.C.eo.vel ſi culpa
eius cui ipleri debef nō implea
tur.l.dedi.§.q̄ſq̄.ff.e.⁊.ff.de cō-
diti.⁊ demōſtra.l.iure ciui.Sed
ſi impediaf a iure cōpetit repe
titio ꝑ.l.ſi militē.C.de cōdi.ob
cām.Queram⁹ aūt qn̄ donatū
ob cām cā nō ſecuta repetatur
ꝓ quo diſtinguenda eſt diuerſi
tas cauſarū.Nā q̄dā eſt cauſa
impulſiua ⁊ mouēs ſed nō fina
lis per moduʒ modi appoſita.
Quedā v̄o eſt cā finalis ⁊ defe-
ctus prime.ſ.defect⁹ cauſe im-
pulſiue vel.mouētis in aio reſi
dens donātis nō ſecuta nō pa
rat repetitionē puta dabam eo
aio vt te amicitiorē haberē.C.
eo.l.ſi repetendi ⁊.ff.eo dedi.§.
ſubtili⁹ ſūt tn̄ quedā cauſe que
apponūtur ꝑ modū cōditiōis



negatiue ſʒ ne adiudicē eas cō
tra me.⁊ tunc q̄ſdiu nō itur ceſ-
ſat cōditio ⁊ penitētia ⁊.d.l.de-
di in principio ⁊ ibi glo.nec te-
netur ſatiſdare de nō eūdo niſi
hoc actum eſſet vt ibidē. Siſr
donatio q̄ fit ſub modo ꝑ lec.et
nota in.l.j.⁊.ij.C.de do.que ſub
modo glo.in.c.verū de cōdi.ap
po.Data v̄o ſub cōditione af-
firmata.ſ.vt aliquid facias vel
agas ſi nō fiat repetūtur ⁊ reſol
uitur donatio.l.ſi vt proponis.
C.eo.l.j.⁊.ij.C.de reuo.do.ff.de
condi.⁊ demō.q̄ heredi.⁊.l.qui
ſub cōditione in qua veniunt
fruct⁹ rei donate ꝑcepti per do
natariū nō implentē.ff.e.l.vlti.
et.l.qui ſe.§.vlti. Sed hoc fal-
lit qn̄ donatio fit eccleſie cuius
fauore nō reuocaf niſi hoc ſit
ſpecialiter cautuʒ ꝑ lec.⁊ nota.
in.c.verū ⁊ ibi gl.magna.de cō
di.appo.eſt etiam donatio q̄ fit
ob cām de p̄terito ꝓprie dicif
cauſa ⁊ nō cōditio puta qr do-
natore dicit.Qr iuiſti ꝓ me ro-
mam ⁊ filia dono tibi. Tūc aut
cauſa eſt vera aut falſa.ſi vera
indubie valet donatio per titu
los.ff.et.C.de cōdi.ob cauſa.ſi
vero eſt falſa dediſſe videf per
l.q̄ ſe debere:primo reſpō.ff.eo.
Vnuʒ tn̄ ſcias ꝙ ſiue ſit cā ſiue
modus dum tn̄ cōditionaliter
apponantur hoc eſt per modū
cauſe finalis ꝓ aliquo agendo
faciēdo vel nō faciēdo dādo vel
nō dādo tūc opʒ talē modū vel

cām impleri.l.ſi vt ꝓponis.l.ea
lege.l.ſi cū exignā.l.cū ancillaʒ
et.l.dictā.C.de cōditiōe ob cau
ſa datorum. An auteʒ donans
ob cām vel ob rem futurā large
ſumēdo cām poſſit penitere do
nationis ante implementū cō
ditiōis ⁊ repetere res donatas
dicendū eſt ꝙ nō eſt locus peni
tentie in eo i quo eſt obligatio
cōtracta.per.l.ſicut.C.de acti.
et obligatio.Et iō ſi ab vtraq̄
parte ſit implementū nō eſt lo-
cus penitētie.d.l.ſi percuti.⁊.l.
ex placito.C.de rerū ꝑmut.Si
aūt a neutra partiū ſit impletū
tūc licitū eſt penitere ꝑ ea q̄ la-
te notātur in.l.ſi pecuniā.ff.eo.
Si v̄o ab vna pte eſt impletuʒ
perfecte:ex alia nullo modo.et
tūc aut ſupeſt facultas implēdi
et pōt penitere q̄ īpleuit.l.iij.§.
j.ff.e.dum tn̄ indēnitati aduer-
ſarij ꝯſulatur.d.l.ſi pecuniā.§.
fi.Aut nō ſupereſt nec ſupfuit
facultas implēdi de iure vel de
facto.⁊ tūc aut bb initio fuit fa
cultas:ſʒ poſt deſijt.prio cauſu
aut ille q̄ impleuit ſinit per alte
ruʒ īpleri nō poſſe ⁊ nō eſt loc⁹
repetitiōi ſeu pēitētie.d.l.ſi mi-
litē.⁊.l.iij.§.ſi liber hō.ff.eo.In
ſcďo v̄o caſu qn̄ facultas defi-
cit ſi deficiat p̄ter morā aduer-
ſarij locus eſt penitentie.l.ij.§.
penul.ff.e.qď intellige ex parte
illi⁹ q̄ īpleuit.Nā is q̄ nō īple-
uit penitere nō pōt qr rōne im-
plemēti aduerſarij obligat⁹ eſt

⁊ ab illa obligatiõe ſine volũta
te ſine aduerſarij recedere non
põt per. d.l. ſicut ⁊.l. ex placito:
niſi aliud qđ īpletũ eſt eſſet pre
paramentũ ⁊ nõ totalis imple-
tio qꝛ tũc cõſulẽdo indẽnitati
aduerſarij adhuc locus eẽt pe-
nitẽtie. d.l. ſi pecuniā.§. itē ſi q̇s
Nec exquirũtur in his caſibꝰ
vires iuramẽti qꝛ iuramentum
eſt conditionatũ iuxta naturā
cõtractꝰ nec obligat ante euen
tum cõditiõis cauſe vel rei im-
plende. c. quēadmodũ de iure-
iurā. ⁊ in. c. ꝑuenit eo. ti. facit. l.
quero.§. inter. ff. loca. l. fi. ff. q̇ ſa
tiſda. cogũtur. l. ſi. C. de nõ nu-
me. pecu. in. c. cũ inter. de renũ.
neq̧ vltra aſtringit ꝙ̄ illud qđ
ſub iuramẽto ꝑ no. in ꝑallega-
tis iuribꝰ facit. l. indubitati. C.
de non numeraa pecunita.

Sequitur rubrica de dona-
tionibus inter virum ⁊ vxorem
et parentum et liberos.

Tota practica
huius rubrice con
ſiſtere põt ī duobꝰ
q̄ſitis: qꝛ regulare
eſt ꝙ donatio īter
virũ ⁊ vxorē nõ vꝫ qñ fiũt pau-
periores coniuges. l. iij. in ꝑnc.
ff. eodē. Similiter etiā inter pa
tres et filios nõ vꝫ rõne patrie
ptātis. l. donatiões q̄s de dona.
inter viruꝫ ⁊ vxorē: ⁊ ideo filio
dat mr̄ cũ nõ habeāt in ptāte ⁊
pater emācipato. l. ſi cõſtāte eo
dem tit. ⁊ nõ ſolũ ꝓhibētur do-
natiões fieri inter virũ ⁊ vxorē
ſed etiā ī ꝑſonas quoꝝ iuri ſub
iecti ſunt. l. nec īter. ⁊. l. ſi vt pro
ponis. C. e. ti. ⁊. l. iiij.§. q̇ in eiuſ
dē. ⁊. l. cũ hic ſtatus.§. nõ ſoluꝫ
alias īcipit orō. ff. eo. Quero
ꝓ expeditiõe ī q̇bꝰ caſibꝰ dona
tio īter virũ ⁊ vxorē inter parē-
tes ⁊ liberos valeat. ⁊ in q̇bꝰ ca
ſibus põt retractari. ⁊ qꝛ enũe-
ratis caſibꝰ q̇bꝰ donari põt ſa-
tis reſultabit alijs caſibus nõ
poſſe donari: ⁊ q̇dē donari põt
inter virũ ⁊ vxorē etiā ſi dona-
tor efficiaꝶ pauꝑior. Primo qñ
donaꝶ ad refectionē domorum
cõſũptaꝝ īcēdio dũ tñ nõ vltra
doneꝶ ꝙ̄ refectio expoſcit. ff. e.
qđ ſi vir. Item ſi doneꝶ vxori
aliqđ annuũ ad ſubſtētationē
vſq̧ ad vires dotis dũtaxat. ff.
eo. l. ex annuo ī ꝑn. Itē tertio ſi
doneꝶ vxori vſure vł lucrũ pe
cuniaꝝ. d.l. ex ānuo.§. ſi maritꝰ
⁊ eſt mirũ ꝙ mulier hoc caſu lu
crũ ⁊ nõ dānũ ꝑcipit ꝑ. l. q̇d er-
go. e. ti. Itē ⁊ q̄rto ſi donauit ꝑ-
diũ ⁊ ex illo fructꝰ ꝑcipit. Naꝫ
fructꝰ facit ſuos ꝑ. l. de fructibꝰ
eo. ti. ⁊. l. ſicut. C. eo. Itē vꝫ dona
tio hoꝝ q̄ vſꝰ gr̄a ꝯceduꝶ vt in
edibꝰ ⁊ veſtimētꝭ. l. ſꝫ ſi vir. ff. eo.
ti. Itē ⁊ ſexto ſi mulieri detur ꝓ
ſuis agendis negocijs puta qꝛ
hꝫ bona paternalia in remotis
quoꝝ fructꝰ hꝫ trāſducere: ſi de
volũtate mariti accedat ad cur
rēda dicta bona ꝓ ea maritus



ſoluit vectigal ſeu vecturas: nõ
repetit. l. ſi q̇s ꝓ vxore. ff. eo. Itē
et ope ſuoꝝ donare videnꝶ. ff.
eo. ſi id qđ.§. ſi q̄s. Itē ſi vir vxo
ri dꝫ ī die ꝑuenire põt tp̄s ⁊ da
re interuſuriũ tp̄is. l. ſꝫ ſi vir la-
na.§. qđ vir. ff. e. Itē donatione
cā mortis. l. ſi. vir vxori.§. fi. ff.
de do. īter vi. ⁊ vxo. Itē dat vxor
viro licite gr̄a ꝯſequēde vel adi
piſcēde dignitatis. ff. e. l. qđ adi
piſcēde. qđ ꝓcedit ſi alias vir il
lam dignitatē ꝯſeq̇ nõ poterat
vt ibidē: ⁊ ī duabꝰ legibꝰ ſeq̄uē
tibꝰ ī q̇bꝰ alij duo caſꝰ parũ in
vſu notanꝶ. Itē vꝫ donatio īter
īperatorē ⁊ auguſtā. l. fi. C. e. Re
uocaꝶ aũt dõatio duobꝰ ꝯcur-
rētibꝰ. ſ. qñ donās fit pauꝑior ⁊
accipiēs locupletior. ff. e. l. ſi ſpõ
ſus.§. penul. ita ꝙ ſi vxor cõpa-
rauit ꝑdiũ ex donatis vr̄ etiā lo
cupletior in q̄ꝫtũ v̄ſuꝫ eſt ad eiꝰ
vtilitatē. l. ꝙ aũt.§. idē iuris. ff.
e. ⁊. l. vxo. ⁊. e. ti. Nā ſi vxor cõſũ
pſiſſet nõ teneretꝶ ꝑ. l. ſꝫ ſi vir.§.
nõ vr̄. ⁊. l. qđ aũt.§ ſi maritꝰ. c.
ti. ff. reuocanꝶ aũt dõatiões ex-
ceptis ꝑmiſſis caſibꝰ qñq̧ taci
te qñq̧ expſſe: expſſe ꝑ peniten
tiā puta qꝛ reuocat. ff. eo. l. cum
hic ſtatꝰ.§. qđ ait. Itē ſi ea q̄ do
nauit pignori dedit. C. e. ſi ma-
ritꝰ. Tacite v̄o fit reuocatio ꝑ
diuortiũ. ff. e. l. ſed interim.§. ſi
maritꝰ. niſi illa donatio fieret
diuortij cā qꝛ nõ valeret vt ibi-
dē ī fi. Itē fit reuocatio ſi prius
decedat donatariꝰ ꝙ̄ iſq̇ dona
uit ⁊ alios duos diſcurreꝶ. d. l.
cũ hic ſtatus.§. qđ ait orō. ⁊ ibi
glo. ſuꝑ v̄bo ſecuto. vide glo. in
c. fin. đ dona. inter vi. ⁊ vxo. ſuꝑ
v̄bo tacite. Nũc reſtat vide-
re de donatiõe facta inter parē
tes ⁊ liberos. Et q̇dē iregularꝶ
nõ vꝫ donatio inter parētes et
liberos ī ptāte cõſtitutos. l. do-
na. C. eo. ⁊ rõ eſt qꝛ inter dantē
⁊ accipiētē dꝫ eſſe diſtinctio cor
poralis. c. fi. de cõſti. l. j. ff. de au-
cto. tuto. Et cũ liberi ī ptāte cõ-
ſtituti eedē ꝑſone cũ parentibꝰ
reputentur. l. fi. C. de impu. ⁊ al.
ſubſti. ⁊.§. ei q̇ tuo. inſti. de inti.
ſtipu. Et in donatiõis ꝯtractu
one requirũtur ꝑſone nõ ꝑ mo
duꝫ vnius ſed ꝑ modũ duoruꝫ
ſcꝫ donās ⁊ donatariꝰ. vt ꝑ to.
ti. C. ⁊. ff. de donatio. Igitur cuꝫ
pater ⁊ filiꝰ vicē vniꝰ obtineāt
fieri inter eos non poteſt dona
tio. Fallit in aliquibus caſibus
puta in dote ⁊ in donatione ꝓ-
pter nuptias quas neceſſario
habent cõſtituere parētes in li
beros. l. ſi pater.§. vtrauq̧ ver.
neq̧. C. de dotis ꝓmiſ. Itē cum
parētes donant liberis eunti-
bus in caſtris et cauſa caſtren-
ſis peculij glo. C. de reuo. l. ij. et
in. l. ff. qui. mo. pig. vł ypo. ſolu.
Item cum pater remittit vſum
fructũ ī rebꝰ aduēticijs vł dat
rõne alimētoꝝ. C. de bo. q̄ liber.
l. cum opꝫ.§. finaut. Et in iſtis
caſibus fallentiarum nõ eſt ne
ceſſaria alia cõfirmatio: qꝛ per-

mittēte fiūt. In alijs vͦo caſibꝰ
opꝫ ꝙ interueniat expreſſa. ſ. ꝑ
vlti. diſpoſitionē vel tacita et ꝑ
mortē donātis ꝯfirmata vt ha-
beāt effectū: diſtingue tn̄ vt in
d.l. donationes. C. de do. inter
vi. ⁊ vxo. ⁊ in. l. ſi donatiōe. C. de
colla. ⁊ reiecto vno caſu in quo
nō cōfirmat̃. ſ. qn̄ pater donat
filio in peculiū ꝓfecticiū: vt in
d.l. ſi donatiōe. In alijs fac duo
mēbra: qꝛ aut donatio nō exce-
dit ꝗ̄titatē q̄ a non prohibitis
donari poſſet ſine inſinuatiōe
aut excedit primo caſu ſiue cō-
firmet̃ exꝓſſe ſiue tacite: tūc re-
trotrahit̃ cōfirmatio ⁊ ꝓſumit̃
ab īitio fuiſſe valida donatio:
ita ꝙ filiuſfa. vel vxor fructus
ſuos feciſſe intelligat̃. ff. de leg.
ij. l. cum pater. §. pater filie. Et
idē qn̄ excedebat quātitatē: ſed
fuerat inſinuatio facta. d.l. do-
nationes. in fi. Si vͦo ab initio
excedebat ꝗ̄titatē ⁊ non fuerat
inſinuata: tūc in eo qđ excedit
nō operat̃ ex tꝑe ꝯfirmationis
ſicut ex nō tꝑe donationis. per
d.l. donatiōes. Et eſt effectꝰ hu-
ius mēbri ꝙ medio tꝑe filiꝰ vel
vxor nō faciūt fructus ſuos: ſꝫ
veniēt in collatiōe ⁊ iudicio fa-
milie herciſcūde: ꝑ ea q̄ not. in
l. ſi donatione. C. de colla. et ibi
glo. not. Sed querit̃: nūc dona-
tio facta eſt de viro ad vxorem
nulla ſecuta traditiōe: ſed ſta-
tim eſt in meris terminis pro-
miſſionis: querit̃ an talis do-
natio cōfirmet̃ morte. Et dic ꝙ
ſtato in meris terminis dona-
tiōis ⁊ nullo alio adminiculan-
te cōtractu nō cōfirmat̃ tacita
cōfirmatione. ſ. mortis. ꝑ. l. pa-
pinianus. ff. de donatio. inter
vi. ⁊ vxo. ⁊ ea q̄ habent̃ in. l. do-
na. C. e. Sꝫ ſi interueniat aliud
adminiculās cōtractū puta cō-
ſtitutū qđ loco traditionis ha-
bet̃ ꝑ ea q̄ leg. ⁊ no. in. l. qđ meo
noīe. ff. de acq. poſſ. Tūc preca-
riū ꝯſtitutū operat̃ traditionē
qđ limita dū tn̄ donās tꝑe con-
ſtituti eſſet poſſeſſor. ꝑ glo. in. l.
ſi de ſuo. C. dot. cauta accepta.
not. in. l. j. §. ſi vir vxori. ff. de ac.
poſſ. cōcurrētibꝰ igit̃ vera poſ-
ſeſſiōe donātis ⁊ cōſtituto vim
traditionis habēte ex retro fir-
mat̃ donatio ſiue de expreſſa ſi-
ue tacita cōfirmatione loqua-
mur: qđ nota: qꝛ quotidianū
practicabile et vtile. ¶ Supeſt
videre an premiſſis deficiētibꝰ
⁊ ſtādo in meris terminis pro-
hibitis valeat ſeu poſſit talis
donatio iuramēto firmari. Et
arguit̃ primo ꝙ non firmet̃: qꝛ
vbicunꝗ inutilis eſt ſtipulatio
aliqua rōne iuris nūꝗ̄ valet in
vim pacti niſi expreſſe id agat̃:
caſus eſt cū ſua gl. ⁊ ibi doct. in
l. j. §. ſi quis ita. ij. rn̄. ff. de verb.
oblig. ⁊ in. l. j. §. cū q̄s inutiliter.
ff. de cōſti. pecu. illa ergo natu-
ralis obligatio nō pōt tanꝗ̄ ex
pacto oriri. ar. l. q̄cunꝗ gerimꝰ
ff. de act. ⁊ oblig. ibi inanēactū
noſtrum



noſtrū efficiūt. facit ad hoc. §.
ſi q̄s alij. inſti. de inutili ſtipul.
Pro hoc et ſimilibus articulis
breuiter diſtingue: qꝛ aut ꝯtra-
ctus prohibet̃ fauore alteriꝰ cō-
trahētiū: vt in velleyano ⁊ ma-
cedoniano ⁊ cōtractu minorū.
Et his caſibꝰ ⁊ ſimilibꝰ iuramē-
tū firmat ꝑ ea que leg. ⁊ not. in
c. cū cōtingat. de iureiurā. et. c.
ꝗ̄uis. de pac. lib. vj. ⁊ in. aut. ſa-
cramēta. C. ſi aduer. vēdit. Aut
⁊ ſcđo prohibet̃ fieri in odiū al-
terius cōtrahētiū: vt in pactis
vſurarijs: pignoraticijs: cōmiſ-
ſorijs vel officiariorū durāte of-
ficio: ⁊ hoc caſu nō firmat̃ con-
tractus iuramēto: taliter ꝙ ipſꝫ
cōtractū efficacē reddat: lꝫ ſer-
uandū ſit. c. j. et. c. debitores. de
iureiurā. ⁊. c. ſignificante. de pi-
gno. Et ideo petita abſolutiōe
iuramēti in talibꝰ cōtractibus
preſtiti pōt cotrahens cōtraue-
nire vl̄ etiā ſolutū repetere per
ea que not. in dictis iuribꝰ. Et
ratio eſt: qꝛ talibus preſumitur
interueniſſe dolus eius in cuiꝰ
fauorem fit cōtractus. Et pro-
pterea attēdende ſunt due ꝯſi-
derationes. vna ꝯcernēs fauorē
publicū: alia fauorē anime. Et
ideo dicere poſſumꝰ ꝙ ꝯtractꝰ
prohibito odio alteriꝰ cōtrahē-
tiū ⁊ fauore īmediate reipu. vel
odio alterius cōtrahentiū ⁊ fa-
uore anime. ſ. ad cohibendū fa-
cultatē peccādi regulariter nō
firmat̃ iuramēto ꝑ theoricā do-
ctorū in dictis iuribꝰ. Et iđ do-
nationes facte de viro ad vxorē
vel de patre ad filiū firmant̃ iu-
ramēto: qꝛ nō reſpiciūt īmedia-
te fauorē publicū. Alia rō eſt: q̄
cōiter aſſignat̃ per docto. in di-
ctis iuribus: qꝛ inter patrē ⁊ fi-
liū: virū et vxorē orit̃ naturalis
obligatio lꝫ ciuilis impediat̃: q̄
tamē ꝑ iuramentū ſuppletur.

¶ Sequitur rubrica de dona-
tionibus cauſa mortis.

Donatio cau-
ſa mortis fit cogi-
tatiōe mortis in-
ſtātis vel future
ff. eo. lib. iij. ⁊. iiij.
memoratione mortis: eo tn̄ pa-
cto ꝙ ſibi non liceat repetere
magis inter viuos ꝗ̄ cā mortis
donare videt̃. l. vbi ita donat̃.
ff. eo. Et dꝫ exprimi cā vel peri-
culū mortis vt appareat dona-
tio cā mortis: qꝛ ēt moriēs iter
viuos donarꝫ poſſet. l. ſeia. §. fi.
ff. e. Et in dubio preſumit̃ ēt in-
ter viuos niſi probet̃ cā mortis
facta. ff. e. l. penul. in fi. ⁊ de dote
prele. l. ſeia. ⁊ i. d. l. ſeia. §. fi. ff. e.
Et talis nō retractat̃ penitētia
l. cū maritus. §. fi. ff. de pac. dot.
lꝫ cā mortis facta reuocari poſ-
ſit vt ſubdicet̃. Et eſt talſa mēs
donātis cā mortis: ꝙ ſi magis
vult habere res donatas ꝗ̄ eū
cui donat qđ tribꝰ caſibus con-
tingit: vt dicet̃. Et eū cui donat
ꝗ̄ eius heredē: vt in. l. j. ff. e. fit

autē donatio cauſa mortis per
ſtipulationē vel pollicitationē
nudam ſicut donatio inter vi-
uos. glo. ſingularis in. l. cũ pa-
ter. §. menio. de le. ij. ⁊ in. l. ij. C.
de iur. do. vel ꝑ ſolã traditionē
q̇nqꝫ teſtibꝰ preſentibꝰ. l. fi. C.
e. Et in hoc. ſ. in numero teſtiũ
ſymboliſat cũ vltimis volunta
tibus. ſ. cũ codicillis in quibus
requirũtur quinqꝫ teſtes. no. ff.
de do. cau. mor. l. tam is donare
põt qui teſtamentũ facere põt:
⁊ etiã filiusfa. lꝫ teſtari non poſ-
ſit. ff. eo. tam is. ⁊ dari põt cui le
gari. ff. eo. l. omnibꝰ. Poſſet hic
queri de quadã practicabili. q.
vcꝫ an filius in donatione cau.
mor. quã autoritate vel conſen
ſu patris facit poſſit totum vel
partē relinquere patri autori-
ſanti vel cõſentiēti. Sũt qui di-
ſtingũt inter ꝑſonas filioꝝ: vcꝫ
an ſint clerici vel laici. Nã pri-
mo caſu cõcedere vidētur doc.
cano. in. c. qꝛ nos. de teſta. facul
tatē filiefa. clerico teſtãdi: ⁊ per
cõſequēs a maiori donãti cau-
ſa mortis in omni peculio ſine
autoritate vel cõſenſu patris.
Sed legiſte nõ ꝯſentiũt. in aut.
preſbyteros. C. de epi. ⁊ cleri. et
tanta eſt doctoꝝ vtriuſqꝫ iuris
autoritas: ꝙ non audeo me in-
terponere in medium: credo ta
men ꝙ de profecticijs quo ad
plenitudinē iuris et aduēticijs
ad vſumfructũ nõ poſſint filij-
famil. etiã clerici ſine volũtate
vel autoritate paterna diſpen-
ſare. Et hac ratione moueo: qꝛ
ſacerdotium ſeu clericatus nõ
eximit a patria pãte quo ad ea
que ꝑtinēt ad iura paterne po-
teſtatis tꝑalis: licet liberet a pa
tria poteſtate quo ad ea q̄ ſunt
iuris ſpiritualis: ita cõcordan-
tur iura per doc. in. c. indecorũ.
de etate ⁊ quali. ⁊ ordina. preſi-
cien. ⁊ in. c ſi annuũ. de iud. lib.
vj. Et cũ queſitũ nõ ſit de ſpiri-
tualibus: cõcludi põt ꝙ nõ eſt
fiēda inter clericũ ⁊ laicũ. Sed
reſpondendũ eſt formaliter ad
queſitũ per diſtinctionē: vcꝫ ꝙ
aut pater autoriſat ſeu conſen
ſum prebet filio donare volēti
ipſi patri imediate aut media-
te. Primo caſu non valet auto-
tas ſeu cõſenſus: nec per conſe
quēs donatio. ꝑ glo. quã cõiter
ſequunṫ doc. in. l. j. ff. de aut. tu.
ſuꝑ verb. acq̇rit. Scđo võ caſu
ſ. q̄ſi nõ immediate: ſed ꝑ conſe
quētiã: puta qꝛ filius autorita-
te vel cõſenſu patris dat nepo-
ti patris ex filio donã. procrea-
to cui ſubſtitui põt. §. ſi nauũt. in
l. vnica. C. de cadu. tol. Et tunc
vcꝫ maxime vel in tꝑe quo fie-
bat donatio: nullum ius extũc
querṫ patri in proprietate vel
poſſeſſione ſeu vſufructu. Vbi
võ extũc aliquod ius querēret
patri autoriſanti vel cõſentien
ti: tũc reſpectu illius iuris ſiue
proprietatis ſiue poſſeſſionis
ſeu vſusfructus nõ quereretur



ius patri: qꝛ ſibiipſi autor eſſe
videreṫ. Et ita bene intellecta
procedit. d. l. j. ff. de auto. tuto.
Nã in primo caſu illiꝰ. l. pupil-
lus. nõ efficiebaṫ immediatus
debitor tutorũ: ſed medio dila-
tionis hereditatis. Et idõ ille ca
ſus ꝑmittiṫ. Sed vbi imediate
queriṫ ius patri autoriſanti vl'
cõſentienti nõ valet conſenſus
vel autoritas: et hoc clare pro-
bat. d. l. j. in verſi. ſed tñ. ⁊ verſi.
ſꝫ ſi autori fiat. Vbi aũt nõ im-
mediate ſꝫ mediate queriṫ ius
pr̄i valet autoritas ⁊ cõſenſus:
nec obeſt gloſe exemplũ qđ fa-
cit de ſeruo: qꝛ quicq̇d acquirit
ſeruus / acquiritur immediate
dño per ea que leg. ⁊ notã. inſt.
per quas perſo. nobis acqui. §.
itē nobis. et. l. ſeruus vetãte. ff.
de verb. obli. In exēplo võ pre-
miſſo de donatione facta nepo
ti per filiũ autoritate vel cõſen
ſu patris procedit principiũ. d.
l. ⁊. l. qđ dicimus illo codē titu.
nec glo. contrariaṫ. Et pro hac
deciſione facit optime equitas
l. quicunqꝫ. l. qđ ſcitis. C. de bo.
q̄ lib. q̄ vult bona redire ad do-
nãtes. ¶ Qualiter aũt reuocē-
tur donationes cauſa mortis.
Dic ꝙ tribꝰ modis principali-
ter. ſ. ſi preccdat donatariꝰ do-
nantē: id eſt ſi donatarius mo-
riaṫ ante donantē. Scđo ſi pe-
niteat ⁊ penitēdo reuocet. Ter
tio ſi cõualeat de periculo mor
tis in quo cõſtitutꝰ laborabat.
l. non oĩs. in prin. ff. ſi cert. pet. ⁊
inſtitu. de donat. §. j. ⁊. ff. de do.
cauſa mor. l. ſeia. l. fi. j. reſpõſo.
Et cũ reuocaṫ tenetur donata-
rius reſtituere fructus. per glo.
ff. de donat. cau. mor. ſi mortis
cauſa. ff. de cõd. ob cau. l. cũ q̇s.
Secus in donatione inter vir.
et vxo. ꝑ lec. ⁊ no. in. l. donatio.
C. de dona. inter virũ ⁊ vxoreꝫ.
¶ Sꝫ q̄ro an ad validitatē do-
natiõis cau. mor. ſit neceſſaria
aditio ꝑ heredes. inſtitutos vel
al's veniētes ab inteſtato. pro
quo facit gl. in. l. etiã. C. de inof.
teſta. ⁊ tex. in. l. filiusfa. C. famil.
herciſ. ⁊ ibi gl. velle vr̄ ꝙ ſufficit
interuenire mortē donãtis ſine
reuocatione expreſſa. Et proce
dit hoc etiam in donatione fa-
cta per filiũ cũ cõſenſu patris:
vt morte filij cõfirmetur. glo. in
l. nec fratris. C. iſto tit. Ex quo
inferṫ ꝙ nõ fiat traditio rerum
donatarũ ex trebelliano. arg. l.
mulier. §. fi. ff. ad trebel. Sed iu
re actionis: ſcilicet vtilis rei vē
di. vel etiã directe in aliquibus
caſibus. l. ſenatus. §. j. ff. eo. vel
iure exceptionis: vt. l. mor. cau.
donatus. ff. eodem. et eſt actio
quã intentat donatarius quã-
do non poſſidet. Sed heres vel
alius certi conditio. ſpecialis /
ſi ſpecialis ſit res donata. Aut
certi conditio generalis ſit. ff. ſi
certum petatur. l. certi condi-
tio. et in hoc pariſicantur le-
gata ⁊ donationes cauſa mor-

tis:qꝛ queadmodũ trãſit dñiũ
in legatariuz per.l.a ticio.ff. de
de furtis:ita ⁊ ĩ donatario cau
ſa mortis.l.ſi mortis cauſa ⁊.j.
illud.ff.de mortis cauſa dona-
tio:⁊ melius in.l.ij.ff.de publi-
ciana et ideo qꝛ iure actionis
peti pñt donatiões cauſa mor-
tis nõ detrahitur trebelliani-
ca lʒ falcidia detrahatur.l.i do-
nationibus ⁊.l.penul.§. ſanxi-
mus.C.eo.Differt tñ a legatis
in aliquib9 caſib9 de quib9 in-
ſti.de lega.in ꝑnci.in gl.ſuꝑ ver
bo fore legatis in donatione tñ
cã mortis nõ põt directe ſubſti
tui niſi per ſtipulationẽ.ff.ꝺ do
na.cauſa mort.l.ſi cui. Differt
etiã a donatiõe inter viuos ex-
cedens debitã ſummã indiget
inſinuatione non aũt donatio
cauſa mortis.l.fi.C.eo.Item ſi-
cut ꝯfirmat morte ita deporta-
tione.l.ſed ſi mors.§.j.ff.de do-
na.inter virũ ⁊ vxorẽ.¶ Aduer
tendũ tñ eſt ꝙ lʒ in donatione
ſimplici per cõſtitutũ trãſferat
poſſeſſio per ea q̃ notant in.l.
quãuis. C. de dona. Secus tñ
eſt in donatione cauſa mortis
per ea q̃ legũtur in.l.q̃uis.§.ſi
cõductor.ff.de acqui.poſſeſ. Et
ratio qꝛ al's eſſet in donãte cõ-
tradictoria volũtas. Nã donã
do cauſa mortis magis ſe q̃ do
natariũ vult habere ⁊ poſſide-
re ⁊ tñ ſi interueniret cõſtitutũ
cũ ſuo effectu magis velle vide
retur donatariuz habere q̃ ſe-
ipſum:et ideo cõſtitutũ nõ ope
ratur cõtra naturã cõtractus.
¶ Notandũ etiam ꝙ donatio
cauſa mortis nõ infirmatur ꝓ-
pter conditionẽ impoſſibilem.
l.que ſub conditione. §.j. ff.de
condi.inſtitu.

¶ Sequitur rubrica de reuocã
dis donationibus.

QUia vidimus
qualiter donationes
fiant in ſpeciebus pre
dictis. Nunc videndũ reſtat q̃li
ter ⁊ quibus caſib9 reuocẽtur.
Et quidẽ donatiões ſimplices
reuocari pñt plurib9 ex cauſis:
primo ſi donatarius atroces in
iurias ĩ donatorẽ effundat. Se
cũdo ſi impias manus donata
rius donatori inferat. Tertio ſi
graue damnũ in bonis vel peri
culũ vite intulerit. Quarto ſi le
gi dicte in donãdo nõ paruerit
vt. C.de reuo.dona.l.fi.gl. vero
addit vnũ aliũ caſuz.ſ.ſi dona-
tari9 alienamẽta deneget dona
tori lʒ alia glo ſuper.l.in cõdem
natione.ff.de regu.iur.dicta nõ
eſſe iure cautũ ꝙ donatarij te-
neantur alere donatores. Atta
men ex mẽte docto.in dictis in.
credere ꝺiſtinguẽdũ iter dona
tionẽ oĩum bonoruz ſine reten
tione vſuffructus iuramẽto fir
matã ⁊ donationẽ partis bono
ruz. Nã primo caſu donatari9
alere tenet q̃tũcũq; minimum
ſit qꝺ donat:qꝛ recipiẽdo dona
ta cũ illa tacita cõditiõe de alẽ
do recipe videt ar.ꝺ.glo.in.ꝺ.l.
fi.qꝛ cõtractus limitat9 ſm iu-
ris diſpoſitiones.l.obligationẽ
ſubſtãtia.ff.de acti.⁊ obli.cum
ſua glo. Et huius rõ eſt qꝛ lʒ ibi
gloſa ſuper verbo non obligor
ſentire videatur ꝙ donatarius
obligat donatori ad antidota
naturaliter tñ iuramentuz tñ
ſupplet vinculũ obligatiõis ci-
uilis vt.ſ.dictũ eſt in virib9 iu-
ramẽti.⁊ hec limata niſi dona-
tor eſſet bonus artifex ex quo
poſſet viuere qm̃ tũc donatari9
nõ cõpelleretur ad alendũ do-
natorẽ ꝑ glo.in.l.ſi q̃s argentũ.
C.de dona.ſaltẽ q̃diu ex arte vi
uere poſſet. In ſecũdo ṽo caſu
vbi donatur pars recurrenduz
erit ad bona retẽta ita ꝙ ſi bo-
na retenta ſufficiãt ad alenduz
cum donatari9 nõ ſit niſi ſubſi-
diarius alimẽtator nõ tenebit
alere. Et ſi retenta nõ ſufficiãt
in totũ ad alẽdũ tũc donatari9
ꝓ rata ex portione rerũ donata
rum cõtribuet in alimentis. Et
hec ſunt de mẽte doctoꝝ in.ꝺ.l.
fi.C.de reuo.do. Alius eſt caſus
in quo reuocatur donatio.ſ.ſu
ſceptio noue ꝓlis poſt donatio
nem.l.ſi vnq̃.C.de reuo. dona.
qꝺ q̃liter ⁊ inq̃tũ ꝓcedat ibi vi
de. Breuiter tñ dici põt ꝙ aut
is qui donat:veniẽtib9 ab inte
ſtato aut extraneis. Et ſi veniẽ
tib9 ab inteſtato:tũc ſiue dona
tor haberet liberos tꝑe dona-
tionis ſiue nõ hẽret ⁊ poſt do-
nationẽ ꝓcrearet tũc reuocat
dõatio vſq; ad debitũ ſubſidiũ
per.l.ſi tot9 ⁊.l.ſi liq̃t.C.de ioffi.
dona. Si ṽo dedit extraneo in
totũ reuocat.ꝑ.ꝺ.l.ſi vnq̃. An
aũt iuramẽtũ de nõ reuocãdo
etiã ꝑ ſuſceptionẽ noue ꝓlis ꝑ-
ſtitũ ĩpediat reuocationẽ dic ꝙ
nõ:qꝛ nõ reuocat fauore donã
tis ſed fauore ꝓlis inde ſecute.
Et r'a eſt in iure in.c.cũ cõtin-
gat.de iureiurã.ibi dũ dixit cũ
in alteri9 ꝑiudiciũ qꝺ iuramen
tuz nõ validat ꝯtract9 in ꝑiudi
ciũ tertij. ¶ Nota etiã ꝙ dona
tio reuocat ĩ caſib9 de q̃b9 ĩ.ꝺ.
l.fi.C.eo.hoc verũ niſi eẽt facta
remuneratiõis grã ꝑ.l.ſi tꝑe.§.
fi.ff.de do.qꝛ tũc dr̃ poti9 cõpẽ-
ſatio mercedis q̃ donatio. An
aũt in caſib9 ĩ q̃b9 reuocant do
natiões donatari9 teneat reſti
tuere fruct9 ꝑceptos dic ꝙ nõ
ꝑ.l.gñalr.§.q̃s alienũ.ff.de ĩdei
cõ.liber.⁊ ibi glo.ſuꝑ ṽbo ex ali
qua. An aũt iuramẽtũ adeo va
lidet donatiões ⁊ ceteros cõtra
ctus ꝙ nõ liceat ab eis recede-
re ſatis.ſ.dictũ eſt in tit.de do-
na. Et vltra ea potes notare ſe
ptẽ caſ9 ĩ q̃b9 nõ obſtãte iura-
mẽto licitũ ẽ reſilire a ꝯtractu.
Prim9 ſi pactũ ex aduerſo non
ſeruet.C.de nõ nu.pecu.l.fi. Se
cũdus ſi iudex ꝑceperat recedi
a cõtractu.l.mulier.ff.de leg.cõ
miſſo. Tertius ſi iuramentũ ſit
ꝯ bonos mores.ff.de reg.iu.nõ

videt͛ de iuran.c.quintauallis.
Quart9 ſi cōditio tacita vel ex-
preſſa nō impleat͛.ff.de iure do.
l.ſtipulationē.Quint9 ſi nō de-
ſignat eſt q̄litas pſone cui ⁊ ſub
qua donat͛ ⁊ ꝓmittit͛.ff.de ſolu.
l.qđ ſi forte.Sextus ſi rei quali
tas pariter mutet͛.ff.de condit.
ob cau.l.qđ ſi ſeruus.Septim9
in ꝓmiſſiōe facti alieni que nō
obligat preciſe iurantē de ſpō.
c.ex lr̄is.¶Notandū tn̄ ꝙ do-
natio ſimplex facta extraneo q̄
nō impedit͛ pſuſceptionē none
ꝓlis ex immēſitate beneficiȷ̄ eſt
irreuocabilis ꝑ.l.ſi pr̄.§.ſi q̄s.
ff.eo.Sed ꝓpter amicitiā factā
pōt q̄n̄q꜒ reuocari glo.ſup v͛bo
liberalitatis in.l.ij.ff.de p̄ca.Ad
uertēdū etiā ꝙ donatari9 cōſē-
tiens alienationi rei donate ꝑ
donatorē facte rem donare vi-
detur per cām q̄ reputat͛ ſingu-
laris in.l.ſi vero nō remunerā-
di.§.idē papinianus.ff.māda.
Donationes vero q̄ ſub modo
vel cōditiōe fiūt reuocant͛ mo-
dis q̄b9 ſupra in rubrica de do
na:q̄ ſub modo reuocantur ad
beneplacitū.l.cū hic ſtatus.§.
ait ratio.ff.de dona.inter vi.et
vxorē cū ibi plene notatis.Do
nationes vero q̄ fiunt in aſſo-
ciantibus ſine affrayramentis
qualiter ⁊ q̄n̄ reuocētur.vide i-
fra titu.de ſocietate pariter fa-
cte inter vi.⁊ vxo.et etiā mortis
cauſa donationes:vt.s̄.in ſuis
congruis titulis dictum fuit.

¶Sequit͛ rub.de ēptio ⁊ vēdi.

Licet donatio
nobilior ⁊ honora-
tior contract9 ſit q̄꜒
emptiōis ⁊ vēditio
nis:emptio tn̄ ⁊ venditio inter
hūanos cōior ē.Pro cui9 expe
ditiōe vidēdū eſt p̄io q̄ res vē-
di ꝓhibent͛.Scđo q̄ ꝑmiſſas vē
dere pn̄t.Tertio q̄bus.Quarto
qualr̄ ⁊ ſub q̄b9 pactis.Quito
qualr̄ ꝑficitur venditio.Sexto
q̄liter retractetur.Septimo ad
quē ꝑtineat periculū rei empte
et vēdite.Octauo qualiter ⁊ q̄-
bus caſib9 ſuccurrat͛ emptori
re empta.¶Ad primum igitur
cū queritur q̄ res vēdi prohibē
tur reſpondere poſſumus ꝙ lo
ca ſacra vel religioſa.Itē publi
ca velutí forū baſilica.inſti.eo.
§.fi.⁊ liber hō.l.⁊ liber hō.ff.de
cōtrahē emp.Itē ⁊ venenū ma
luȝ.l.qđ ſepe.§.veneni.ff.eo.qđ
qualiter intelligat͛ dixi.s̄.l.cor.
de ſicca.ſup v͛bo veneno.Item
frumētū qđ ꝑ exercitu p̄ncipis
p̄paratū eſt:vt in.l.fi.C.q̄ ven-
di nō pn̄t q̄nimmo q̄ vēdere p̄-
ſumunt grauiſſime puniunt͛ de
quo.s̄.dixi in rubrica gn̄ali de
extrauagātibus penis:vel pur
pure fuſcāde tingēde.Pariter
etiā vendi ꝓhibet͛ frumētū ad
vſum reipublice cōparatū:⁊ cō
tra faciētes pariter puniuntur
l.qr.C.q̄ res vēdi nō po.Itē pa-
riter liq̄res ꝓhibētur vēdi bar-



baris.l.j.C.q̄ res exportari.Et
pariter ꝓhibent͛ arma:et pari-
ter materia ex q̄ fieri pn̄t.l.fina.
eo.ti.Qui vero vēdit vel portat
ſi honeſte pſone ſint bona eius
cōfiſcantur hūiles vero capite
puniūtur ꝑ.d.l.fi.in fi.Itē ꝓhi
bētur vēdi ſpadones ſeu eunu
chi violēter ſub imperio roma-
no cōtra diſpoſitionē iuris fa-
cti.l.fi.de eunuchis.Itē ꝓhibē-
tur vēdi liberi a parēte ꝑpetuo
et in ꝑpetua ſeruitute redigi.l.j.
C.de patri.qui fi.diſtra.Sed in
ſeruitutē tp̄alē pōt vēdi per pa
trē ꝓpter neceſſitatē famis.l.fi.
C.de patri.q̄ fi.diſtr.Et hoc do
nec redēptus aut ali9 ſuus in
locū eius ſubrogat9 fuerit.d.l.
fi.Itē ꝓhibetur vēdi hereditas
viuētis.l.j.ff.de hereditate vel
actione vendi.⁊ hec ſufficiāt qr
alias ꝓhibitiones rerū quilibȝ
curioſus ex iuriū diſcurſu colli
gere pōt.¶Secūdo loco queſi
tuȝ fuit qui res ꝑmiſſas vende
re pn̄t ⁊ quideȝ illi q̄ alias pn̄t
obligari:vt in cōgruis titulis.
Qui aūt pn̄t obligari habet͛.C.
et.ff.de pactis.Nō igitur tenet
emptio ⁊ vēditio inter patrē et
filiū niſi in caſtrēſi vl̄ quaſi ca-
ſtrēſi peculio:vt.ff.e.⁊.l.j.nec in
ter tutorē ⁊ pupillū ⁊ curatoreȝ
vt.ff.e.leg.fi.in emptiōe.§.vlti-
mo.Si vn9 tutor emat a pupil-
lo alterius cū tutoris auctorita
te īteruenīēte vl̄ niſi emat a pu
pillo ſeu a tutore ipſi palā:⁊ bo

na fide p̄ſtando auctoritatem
ſuā ī re ſua:vt.ff.de auto.tuto.
l.v.§.pupillus ⁊ de adminiſtra.
tuto.nō exiſtimo:⁊.ff.eo.l.fiſtu
las.§.j.⁊.l.cū ſpecie.C.eo.⁊ hoc
eſt gn̄ale in oībus pſonis admi
niſtrātib9 ex officio publico vl̄
priuato vt dictū eſt vt nō liceat
eis emere rem eius cuius ſuſti-
net adminiſtrationē alioquin
nō tantū rem amittūt ſed etiaȝ
in quadruplū cōueniuntur qđ
forte applicatur fiſco niſi ſpe-
cialiter quibuſdā conceſſuȝ ſit
a lege vt ſi paterna bona alteri
vendātur:vt.ff.eo.l.nō licetur:
⁊.l.q̄ officiȷ̄ ⁊ de iure fiſci.l.offer
tur.§.qđ a p̄ſide.Quib9 aūt vē
di poſſit r̄ndet͛ ꝙ oīb9 niſi q̄b9
ꝓhibitū ſit vti.s̄.diximus de bar
baris quib9 ꝓhibitū eſt liquo-
res vēdi ⁊ pariter arma ⁊ oē id
de q̄ arma pn̄t fieri:vt.C.q̄ res
vendi:⁊.C.q̄ res expor.Itē ꝓhi
bētur yconomi eccleſiarū agna
ti ⁊ cognati eoꝝ emere res q̄ di-
ſtrahūtur quātūcūq꜒ venales
ꝑ auctoritatē q̄buſcūq꜒ modis
C.de ſacroſan.eccle.⁊ ī corpore
vn̄ ſumit͛.Itē tutores curatores
et ſimiles.l.ſi emptione.§.fi.ff.
de cōtra emp.niſi palā et bona
fide emāt:vt ibi in glo.⁊.C.eo.
l.cū ipſe.¶Nūc vidēdū quali
ter ⁊ ſub q̄b9 pactis emptio ce-
lebret͛.Et q̄dē theorica vēdicio-
nuȝ ſatis elicit͛ ex titulis.ff.⁊.C.
de ꝯtrahē.ēpt.nā cōuētiōe ha-
bita d̄ vēdēdo certo p̄cio inter

partes cõuento vẽditio altero de duobꝰ modis celebrat̃. Aut ꝑ verba pñtis: aut ꝑ v̾ba futuri tꝑis. Per verba p̃ſentis: puta qr vẽditor dicit vẽdo. vt. l. j. ⁊ l. emptor. ff. de ac. emp. Alio modo cõcipit̃ ꝑ verba futuri tꝑis: vt qr vẽditor promittit vẽdere ⁊ tradere. de quo per doct. inſt. de empt. ⁊ vẽdi. poſt ꝑn. al̾s eſt §. in his. ⁊ l. ij. C. qñ lꝫ ab emp. recedere. Qñ vẽditio fit ꝑ v̾ba de pñti diſtinguẽdũ eſt: qr aut eſt fctã vera traditio: aut eſt q̃ſi facta: aut nullo mõ facta. ĩ prĩo caſu emptor nõ hꝫ actionẽ ad ꝑfectionẽ ꝯtractꝰ: qr ꝑfectꝰ eſt. l. emptorẽ. §. j. ff. de actione em. ⁊ l. empto. in prin. e. tit. cõpetũt tñ ei actiones euictiõis redhibitorie vl̾ in factũ ⁊ preſcriptio verbis: de quibꝰ ſubdicet̃ dum mõ emptor preciũ numerauerit. d. l. empto. ĩ ꝑn. et. d. l. iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. Scdo v̾o caſu qñ eſt q̃ſi tradita: puta qr vẽditor cõfitet̃ ſe ꝓcario tenere: qr tũc ciuilis poſſeſſio eſt trãſlata competit emptori ad naturalẽ cõſequendã actio. empti. vt vult gl. in. d. l. iulianꝰ. §. poſſeſſionẽ. Tertio v̾o caſu qñ nullo modo eſt tradita tũc ſi emptor nũerauerit ꝓciũ ⁊ fecerit qđ ex ſui parte dꝫ fieri: iuxta. §. offerri. tũc cõpetit emptori actio ex empto ad rẽ tradendã ſi rẽ habeat vẽditor aut ad intereſſe ſi nõ habeat. l. j. in prin. ⁊ ibi gl. mag. ff. de ac. emp. Qñ v̾o vẽditio nõ celebrat̃ per verba preſentis tꝑis ſed futuri tũc licitũ eſt ab emptiõe recedere. l. ij. C. qñ liceat ab emp. rece. §. in his. inſt. e. ti. cũ tñ diſcedit̃ hoc caſu diſtingue: qr aut ẽt cõſenſu cõi: ⁊ tũc ſine pena ꝑ alterius ꝯſenſum tñ: ⁊ tũc cũ pena qr ſi emptor diſcedat perdit qđ arrarũ noie datũ eſt. Si v̾o vẽditor diſcedit / qđ arrarũ noie accepit / tãtundẽ reſtituit. d. §. in his. in fi. inſti. eo. Si vero cõtractus fuiſſet ꝑfectus ꝑ cõſenſum lꝫ non res tradita nec preciũ ſolutũ fuerit: ſi tñ de precio partes cõuenerint: tũc nõ põt diſcedi niſi vtriuſq; interueniẽte cõſenſu. ar. ff. de reg. iur. l. nil tam naturale. Et hoc ẽt ꝓcedit qñ diſcedentes ſunt idonei ad diſcedendũ ſicuti fuerũt ad cõtrahendũ: et ideo pupillus vel heres emẽt. vel vẽdẽtis nõ põt ſine autoritate tutorũ a cõtractu recedere. l. ſi id qđ. §. idẽ. ff. de reſcin. vẽd. Alijs modis recedit̃ a cõtractu q̇ poterũt videri in ſumma qui reſolui pñt in hos caſus. ſ. qñ per aliũ cõtractũ inde ſequentẽ cõtractus vẽditio in aliũ trãſit cõtractũ vel idẽmet cõtractus reuocat̃ voluntate partiũ. ¶ Nũc ſupereſt videre de duobꝰ pactis ſpecialibus huic materie deſeruiẽtibus. ſ. de pacto legꝭ cõmiſſorie et adiectionis in diẽ. Et quidẽ



